



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

108 Actore non probante, reus absolvitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

test, alioquin sufficit monitio generalis contra incertas personas, qui talem usurpationem fecerunt, ut per gloss. in eod. c. constitutionem in ver. nominatim, c. fin. de vocationem, & ibi Franc. de elect. in 6.

Constare etiam debet iudici de usurpatione testium depositione, aut alias legitime. Cū enim actor non probante reus absolvatur, l. qui accusare, C. de eden. nisi constito de allegatis, declaratio promulgari non potest: si verò reus compareat; allegando, se bona, quæ possidebat ecclesia, in suos usus convertisse, uti de jure sibi competentia, de quibus juribus se paratum edocere proponat, cū res efficiatur dubia, a verò laico de jure pertineat, & de possessione ecclesiæ constet illius confessione, qua nulla major est probatio, ut inquit Ias. post alios in l. Titia num. 28 ff. de verb. oblig. Craver. cons. 6. num. 3. & Monoch. cons. 21. num. 14, ea ratione, quod probatio per confessionem dicatur notorium, ut tradit Bart. in l. scriptus, num. 2, ver. idem dicitur quod ff. de relig. & sumpt. fun. Innoc. in cap. ex parte, il. 1, num. 5, de verb. signif. & Abb. in cap. cum speciali §. porro, num. 7. vers. concludit, de appell. cū enim zgatur de sententia excommunicationis à jure lata contra usurpantes bona ecclesiastica, de qua per concil. Trident. cap. 11, de reform. sess. 22, & Bull. Cœn. Domini de qua supra §. pro excessu notorio in declaratione ferenda nulla solemnitas est adhibenda: sed etiam sine citatione potest quis excommunicatus declarari, Innoc. in d. cap. ex parte, num. 5, Abb. in cap. pervenit il. 1, num. 7, de appell. & Feyn. in cap. Rodolphus num. 41, vers. intellige secundo de rescrip. prout etiam quan-

dam sententia excommunicationis incurritur ipso facto per text. & gloss. in cap. reprehensibilis, in ver. ipso suo genere, de appell. & ibi Abb. num. 6, & 7.

III Spoliatus §. quovis modo jura usurpat: & idem contra spoliantes omnia jura insurgunt, ita quod spoliatus, antequam cognoscatur de domino, in primis, & ante omnia est restituendus, Bart. in l. si quis ad se fundum, num. 2, C. ad l. l. de vj. pub. & Menoch. cons. 2, num. 185, lib. 1, & restitutio datur ad jura, quibus quis fuit spoliatus, & sic ad ecclesiastica jura usurpata, sive sint corporalia, sive incorporalia: possessio enim acquisita est jus, l. peregrè ff. de acquir. possess. Et quod appellatione juris possessio includatur, probat Gomez. post alios per ipsum allegatos, in reg. de non toll. jur. quas. quest. 5, num. 5, 6, & seq.

IV Quapropter §. spoliator incidit in Bullam Cœn. Domini, à qua quis excusari non potest, excipiendo de juribus sibi competentibus: quia cū presumptio sit contra spoliantem, etiam quod confiteatur qualitatè, potest illa confessio pro parte acceptari & pro parte impugnari Bart. in l. Aurelius §. idem quasi §. num. 2, ff. de liber. leg. & Craver. consil. 150, num. 5, longè enim commodius est possidere, & adversarium ad onera petitorij compellere, quàm alio possidente, petere, l. is qui destinavit ff. de rei vend. trina monitio, de qua supra num. 106, regulariter requiritur ad sententiæ excommunicationis validitatem, cui tamen Papa non ligatur, quia Paulus quando Hymeneum, & Alexandrum tradidit Satanæ, non præmisit trinam monitionem, nec formam, quod una sufficeret